UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Solida, Verboqve Dei Et Libro Concordiae Christianæ congrua Decisio, Qvatvor Illorvm Inter Aliqvos Theologos Augustanæ Confessionis, Nuperrime Controversorum Capitum Principaliorum, de verâ ...

Johann Georg <I., Sachsen, Kurfürst>

Lipsiæ?, [ca. 1624]

I. Statvs Controversiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32961

Visual Library

Sequitur Tertium.

DE DOMINI, JESU CHRISTI SECUNDUM CARNEM INCESSANTE DOMINIO, ET REGIMINE SUPER omnes creaturas, in ipſo ſtatu humiliationis, quin & in media morte.

I.

STATVS CONTROVERSIÆ.

TEſtatur éxperientia, cùm in fidei articulis à via recta nonnihil, quoad unicum ſaltem caput exorbitamus & diſcedimus, mox alia inde puncta controverſa ſequi. Quod ipſum in hac quoque differentia apparet. Diſceptarunt enim aliqui Auguſtanæ Confeſſioni addicti Theologi, inter alia, de hoc quoque themate: *An commodè de* CHRISTO JESU *dici poſſit, quòd ſecundùm carnem, in ipſo ſtatu humiliationis, quin & in ipſa Morte*, SEMPER ET INCESSANTER *cœlum ac terram, ut Rex, gubernarit, & potenter quidem, occultè tamen, dominatus ſit.* Ubi quidam in Affirmativam, quidam in Negativam ſententiam deſcenderunt, aliquot hac de re utrinque editis ſcriptis, & cumulatis quæſtionibus controverſis.